Histori[illegible] MATTHIAE Regis Hungariae vide.

[illegible]
ne[mo] potest hec signa fa-
ce[re] que tu facis nisi fu-
erit deus cum eo. Respondit
ihesus et dixit ei. Amen
a[men] dico tibi nisi quis
re[natus] fuerit denuo non
p[otest vid]ere regnum dei. Dicit
[ad eum nico]demus. Quo-
[modo potest] homo nasci cum
[sit sen]ex. Numquid potest in
ventrem matris sue iterum
introire et nasci. Respondit ie-
sus. Amen amen dico
tibi. nisi quis renatus
[fuerit ex] aqua et spiritu sancto.
non [pote]st introire in regnum
dei. Quod natum est ex car-
ne caro est et quod natum
est ex spiritu sancto spiritus est. Non
mir[eri]s quia dixi vobis
oport[et] vos nasci denuo.
Spiritus ubi vult spirat. et
vocem eius audis et nes-
cis unde veniat aut quo
vadat. Sic est omnis qui
natus est ex spiritu. Respondit
nychodemus et dixit ei.

Quomodo possunt hec fi[e]-
ri. Respondit ihesus et dixit ei.
Tu es magister in ysrahel et hec
ignoras. Amen amen di-
co tibi. quia quod scimus
loquimur et quod vidimus
testamur et testimonium nostrum
non accipitis. Si terrena
dixi et non creditis. quo-
modo si dixero vobis celestia
credetis. Et nemo ascen-
dit in celum nisi qui de-
scendit de celo. filius hominis
qui est in celo. Et sicut
moyses exaltavit serpen-
tem in deserto. ita exalta-
ri oportet filium hominis ut omnis
qui credit in ipsum non pe-
reat sed habeat vitam eternam.

De sancta trinitate offic.

Benedicta sit
semper sancta tri-
nitas atque
indivisa
unitas con-
fitebimur ei
quia fecit nobiscum misericordiam suam.
Benedicamus patrem et filium cum sancto spiritu.